



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De luctu Abrahæ deflentis mortem Saræ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Iedlaf ירלה stillabit.
 Bathuel בתואל filia Dei, uel desolatio, à בחה.
 Rebecca רבקה multum expectata, desiderata.
 Roma ראומה Reuma, id est, uidete aliquid.
 Thabee טבח uictima, mactatio.
 Gaom גחם eduxit eos, à גוח.
 Thaas תחש Taxus.
 Maacha מאכה atterens, comprimens, à מער.

CAPVT XXIII.

LOCI PRÆCIPVI.

- I. De luctu Abrahæ deflentis mortem Sarae.
- II. De Ceremonijs funerum & sepulchri.
- III. De Emptione.

I.

AN MORTVI sint lugendi?

Indidit Deus pectoribus humanis ספגאס, quæ
 b s accens

accendant, ut nostros diligamus, secundis eorum rebus letemur, aduersis doleamus, et precipuo eorum desiderio afficiamur. Quare pium & Deo gratum officium est lugendi mortuos, si moderatio dignum mune Christiano adhibeatur, quam 1. Thess. 4. Paulus describit, Lugete, inquit, dormientes, non sicut caeteri, qui nullam spem habent immortalitatis & resurrectionis. Si enim credimus, quod IESVS mortuus est & resurrexit & c. Sic Abraham obitum coniugis suae Sarae deflet & lacrymis saepe perfusa fidelibus ossa.

II.

CEREMONIAE
funerum.

Pius & perpetuus Ecclesiae ritus sunt funerum ceremoniae, ideo à primis patribus institutae, & cum studio in Ecclesia semper conseruatae, ut de morte, de miserijs humanis, de earum causis, de iudicio Dei, de Christi beneficijs, de immortalitate & uita aeterna se pij commonefaciant, & uitam suam Deo commendent. De his causis plurimae extant gratissimae commonefactiones in intimationibus Philipp.

Loca etiam sepulchrorum, quae kōm̄p̄t̄p̄t̄ carunt propter spem resurrectionis templis adiecta, & religiose semper à pijs conseruata sunt. De Sarae, Abraham, Iacob & c. locus sepulturae fuit Bethoron, quasi ut expectarent corpora in eo ipso